

86 quotations attributed to Mattheus Vindocinensis in the *Compendium moralium notabilium*
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 1, Rubrica 28: De paradiso salute premio et gloria animarum bonorum hominum
(fol.11rb)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 16. **Est hec vita brevis tenebrosa sophistica vita. Est ventura manens lucida vera dies.**¹ Capitulo 66. et antepenultima. **Iustus obit nec obit: sed abit ab hospite migrans. Carne petit patriam deliciasque patris.**²

1. Est hec vita brevis, tenebrosa, sophistica; vita / Est ventura manens, lucida, vera dies.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobie* (F. Munari ed., 1977, p.174, ll.319-320).

2. Tobie sunt plura necis solatia: lumen / Perpetuum, iugis vita, iocosa quies: / Non moritur, sed mutantur fluitantia certis, / Terra polo, gemitus pace, salute dolor; / Ad solem radius, ad patrem filius, exul / Ad patriam, victor ad diadema redit; / Iustus obit nec obit, sed abit, sed ab hospite migrans / Carne petit patriam deliciasque patris; / Iustus obit nec obit: obit orbe, renascitur astris, / Et iocunda novum sidera sidus habent; / Magnus erat, modo maior erit, sed maximus orbe, / Orbe bonus, melior, optimus astra petit; / Doctrina Moyses, alter David, alter Helyas, / Orbe Iacob, celis Israel, astra colit; / Exul erat, modo civis erit, nec obit sed obedit / Patri dum patrie, dum patris optat opes; / Quippe pater patrie, pater et patriarcha, patronus, / Immo patrocinium legis obire nequit; / Non moritur: poteritne mori cui fama perorat, / Laus loquitur, redolet fructus, habundat honor?

Matthaeus Vindocinensis, *Tobie* (F. Munari ed., 1977, pp.244-5, ll.1983-2002).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 30: De peccato et peccatoribus consideratione religiosa (fol.12ra)

Mattheus vindocinensis in poetria: particula i. capitulo 6. **Peccatum geminat peccantis gloria: culpam. Diffamat fame dissipentis honor.**¹ Capitulo 12. **Uenialis est peccandi incidentia: sed criminalis peccandi frequentia.**²

1. Et quia peccatum evidentius est ex dignitate peccantis, sic: / Peccatum geminat peccantis gloria, culpam / Diffamat fame dissipentis honor.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.28 (F. Munari ed., 1977, p.55).

2. Etenim uenialis est peccandi incidentia, sed criminalis peccandi frequentia; unde Oratius: / Non luisse pudet, sed non incidere ludum.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.48 (F. Munari ed., 1977, p.64).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 12: De facilitate et difficultate (fol.22rb)

Mattheus vindocinensis in poetria parte 2. et finali capitulo 8. **Leuius est inferre vulnera quam sanare.**

Et iterum, quia levius est inferre vulnera quam sanare, initiari quam versus terminare, item pentameter terminalis debet esse sententie que in exametro continetur, auditori levior pars debuit familiariter presentari, ut suis exametris precedentibus pentametros quasi modo insitionis adaptaret.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.40 (F. Munari ed., 1977, p.160).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 13: De consuetudine (fol.22vb)

Mattheus vindocinensis in poetria parte i. capitulo 6. **Consuetudo sapit naturam: testa saporis / Quem noua concepit: immemor esse negat.**¹ Capitulo 12. **Est graue consueto vitiis desuescere. vergit / Noxius ad solite noxietatis iter. / Pullulat in speciem nature concolor vsus. / Et quasi nature filius esse potest.**²

1. De effectu consuetudinis sic: / Consuetudo sapit naturam, testa saporis, / Quem noua concepit, immemor esse negat.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.26 (F. Munari ed., 1977, p.54).

2. Est graue consueto vitiis desuescere, vergit / Noxius ad solite noxietatis iter. / Pullulat in speciem nature concolor usus / Et quasi nequitie filius esse potest.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.53 (F. Munari ed., 1977, p.75, ll.25-28).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 8: De intentione et facto (fol.28va)

Mattheus vindocinensis de hystoria thobie capitulo 31. **Non tibi quid dabitur: sed cum
intellige: quia / Sola voluntatis forma moneat opus.**

Affectus preit effectum: non aspice quantum, / Sed fluat ex quanta sedulitate datum; /
Non tibi quid dabitur, sed cur, intellige: sola, / Sola voluntatis forma monetat opus.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.193, ll.757-760).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 11: De necessitate (fol.28vb)

Mattheus vindocinensis in poetria parte 2. capitulo 3. **Necessitas non habet legem.**

Amplius: *Impulsiva* malum causa tuetur opus (quia necessitas non habet legem).

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.24 (F. Munari ed., 1977, p.147).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 14: De iustitie naturalis iudicio (fol.30va)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 39. **Parcus semine pauca metes.**

Da miseris, potum sitienti funde, molestum / Letifica: parcus semine parca metes.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.200, ll.913-914).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.32ra)

Mattheus vindocinensis in poetria parte i. capitulo 6. **Iactura fidei notat inconstantia mentis. Palpitat in vario pectore rara fides.**

De inconstantia mentis sic: / Iacturam fidei notat inconstantia mentis: / Palpitat in vario pectore rara fides.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.22 (F. Munari ed., 1977, p.52).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 10: De confidentia credulitate credulis atque incredulis (fol.36vb)

Mattheus vindocinensis in poetria: parte i. capitulo 20. **Credulitas festina nocet.**

Similiter potest dici: / Credulitas festina nocet: consuevit habere / Effectus fragiles
impetuosa manus; / unde Ovidius: / Difficiles aditus impetus omnis habet.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.105 (F. Munari ed., 1977, p.112).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40vb)

Mattheus vindocinensis de historia tobie capitulo 32. **Est sine melle fauus: sine messe seges sine fructu / Arbor: amicitie coniuge vita carens.**

Fac ut ameris; ama quos fructus amoris amicos / Predicat: est bravio dignus amoris amor;
/ Fructus amicitie redimit dispendia vite / Flebilis, exilium gratius esse facit; / Est sine melle favus, sine messe seges, sine fructu / Arbor amicitia coniuge vita carens; / Dulcis amicorum vernat congressus, honesti / Nulla superfluitas federis esse potest.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.196, ll.815-822).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De inuidia: zelo et nemessatione (fol.43vb)

Mattheus vindocinensis in poetria parte 2. et finali capitulo 4. **Fascinat inuidie: spiritus omne bonum / Inuidia est odium aliene infelicitatis.**

Fascinat inuidie spiritus omne bonum (unde in *Bucolicis*: Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos; est etenim invidia odium aliene felicitatis).

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.38 (F. Munari ed., 1977, p.159).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 13: De pace et concordia (fol.46va)

Mattheus vindocinensis de historia tobie capitulo 40. **Esto pacificus: fuge iurgia vincula pacis / Celica sunt anime pocula: corpus alunt. / Plausus alit gentes.**

Esto pacificus, fuge iurgia: vincula pacis / Celica sunt anime pabula, corpus alunt; /
Plausus alit gentes, gens gaudia, gaudia pacem, / Pax requiem, requies semina, semen
agros.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.203, ll.971-974).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 1: De petitionibus et rogationibus beneficiorum: et exauditionibus vel de negationibus (fol.47rb)

Mattheus vindociensis de historia tobie capitulo 31. **Sepe repulsa iuuat: nocet impetrare repulsa / Liberat arbitrium munera sumpta ligant.**¹ Capitulo 39. **Est rogo vox miseri: vox importuna pudoris / Prodiga meroris: plena fauoris egens. / Largire rogata roganti: Si poteris.**²

1. Nonnumquam fuge quod dabitur: susceptio doni / Arbitrii vendit liberioris opes; / Sepe repulsa iuvat, nocet impetrare: repulsa / Liberat arbitrium, munera sumpta ligant; / Venditur arbitrium dum vivitur ex alieno / Sumptu: pane tuo vescere, liber eris.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.194, ll.763-768).

2. Da quod amas, si quis deposcit amicus: amatum / Ni dederis, merito nulla petita feres: / Est « dare » leticie vox, verbum nobile, verbum / Mellifluum, dantis gloria, dantis honor; / Est « rogo » vox miseri, vox importuna, pudoris / Prodiga, meroris plena, fauoris egens. / Debita solve, precor, largire rogata roganti, / Si poteris: superat munera mentis honor: / Da, dabitur; dimitte, tibi dimittet opimus / Iudex: consimili semina lance metes; / Sparge dapes, operi nudos, caput accipe membris / Hospitibus, sepeli corpora, vive Deo.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, pp.200-1, ll.923-934).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 3: De liberalitate et munificentia (fol.49ra)

Mattheus vindocinensis scilicet de historia tobie capitulo 13. **Uerus amicus / Dantis in affectu: non datione patet. / Da cito: da gratis gratum: ne gratia fiat / Uenalis grato: munere gratus eris. / Sic des pro modulo census: ne prodigia dandi / Uirtus in vitium collaterale ruat.**¹

Capitulo 3. **Parcus semine: pauca metes. / Est dare letitie vox: verbum nobile: verbum / Mellifluum dantis gloria: dantis honor.**²

1. Obsequio refovetur amor, quia verus amicus / Dantis in affectu, non datione, patet. / Nonnumquam fuge quod dabitur: susceptio doni / Arbitrii vendit liberioris opes; / Sepe repulsa iuvat, nocet impetrare: repulsa / Liberat arbitrium, munera sumpta ligant; / Venditur arbitrium dum vivitur ex alieno / Sumptu: pane tuo vescere, liber eris. / Si locus est, plerumque datum non respue: quippe / Si fugis oblatum, retribuuisse negas. / Donis dona dator qui poscit, adulterat instar / Fenoris aut speciem venditionis habet. / Da cito, da gratis gratum, ne gratia fiat / Venalis: grato munere gratus eris; / Denigrat meritum dantis mora, sed data raptim / Munera plus laudis plusque favoris habent; / Gratus est iamiamque datum, meritique noverca / Esse solet dantis desidiosa manus. / Sic des pro modulo census, ne prodiga dandi / Virtus in vicium collaterale ruat: / Largus eris dans digna dari, dans digna teneri / Prodigus: ut capias grata, nociva cave.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, pp.193-4, ll.761-782).

2. Da miseris, potum sitienti funde, molestum / Letifica: parcus semine parca metes. / Est ancilla Dei simplex elemosina, mortis / Antidotum, venie porta, salutis iter; / Disputat adversus dantis peccata, perorat / Auctori, redimit probra, precatur opem. / Peccatum mors est anime, mors debita pena / Peccati: sana vulnera, morbus abest. / Cordis amor manibus preponderat: hostia grata / Est humilis Domino spiritus, ara placens. / Da quod amas, si quis deposcit amicus: amatum / Ni dederis, merito nulla petita feres: / Est « dare » leticie vox, verbum nobile, verbum / Mellifluum, dantis gloria, dantis honor; Est « rogo » vox miseri, vox importuna, pudoris / Prodigus, meroris plena, favoris egens.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, pp.200-1, ll.913-928).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 4: De celeri aut morosa prestatione muneris et beneficii (fol.49rb)

Mattheus vindocinensis in poetria: parte i. capitulo i. **Stipulationis nouerca est dilatio.**¹

Particula 2. et finali capitulo 3. **Pollicitum languet vltiore mora.**²

1. Sed quia stipulationis nouerca est dilatio, ne videar dissimulator opis proprie, mihi commodus uni, compensato rationis perpendiculo iuxta mei parvitatem ingenioli promissionem meam effectui volui mancipare, ut doctrine promotum, discipline incrementum, invidie pabulum, inimicitie cruciatum, detractiōni pretendam nutrimentum.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, Prologus 1 (F. Munari ed., 1977, p.39).

2. Amplius: Pollicitum languet vltiore mora.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.28 (F. Munari ed., 1977, p.150, l.24).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 7: De nocumento susceptionis munerum et beneficiorum (fol.50rb)

Mattheus vindocinensis de historia tobie capitulo 31. **Nonnunquam fuge quod dabitur: susceptio doni / Arbitrii vendit liberioris opes. / Munera sumpta ligant. / Uenditur arbitrium: dum viuitur ex alieno / Sumptu: pane tuo vescere liber eris.**

Nonnunquam fuge quod dabitur: susceptio doni / Arbitrii vendit liberioris opes; / Sepe repulsa iuvat, nocet impetrare: repulsa / Liberat arbitrium, munera sumpta ligant; / Venditur arbitrium dum vivitur ex alieno / Sumptu: pane tuo vescere, liber eris.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.194, ll.763-768).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 9: De gratia et gratitudine et ingratitude (fol.51rb)

Mattheus vindocinensis de historia Tobie capitulo 31. **Non tibi quod dabitur: sed cur intellige: quia / Sola voluntatis forma inonerat opus.**

Affectus preit effectum: non aspice quantum, / Sed fluat ex quanta sedulitate datum; /
Non tibi quid dabitur, sed cur, intellige: sola, / Sola voluntatis forma monetat opus.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.193, ll.757-760).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 18: De iudiciali misericordia: venia: et impunitate (fol.60ra)

Mattheus vindocinensis in poetria: parte 2. et finali capitulo 13. et penultimo. **Transgressionis impunitas magistra est transgressionis.**

Illi vero, quorum cotidiana est transgressio et qui potius indigent freno quam calceribus, debent plerumque increpari, ne doctoris taciturnitas videatur esse vicaria concessionis: transgressoris enim impunitas magistra est transgressionis.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 4.44 (F. Munari ed., 1977, p.214).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.61ra)

Mattheus vindocinensis in poetria parte i. capitulo 6. **Ingenii dolor auget opes rebusque sinistris. / Plenius anxietas ingeniosa sapit.**¹ Particula 2. et finali capitulo 13. et penultimo. **Natura fundat ingenium: prouehit vsus.**²

1. De sollercia, que in afflictione solet ampliari, sic: / Ingenii dolor auget opes rebusque sinistris / Plenius anxietas ingeniosa sapit.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.21 (F. Munari ed., 1977, p.52).

2. Usus autem efficaciam testatur Ovidius dicens: / Gutta cavat lapidem non vi sed saepe cadendo, / unde alibi Ovidius: / nichil assuetudine maius, / et iterum / egre dediscitur usus: / quamvis enim natura fundat ingenium, provehit tamen usus, sive exercitium confirmat, perseverantia coronat.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 4.36 (F. Munari ed., 1977, p.211).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63va)

Mattheus vindocinensis in poetria parte i. capitulo 12. **Oppositi vultus esse propheta potest.**¹

Capitulo 19. **Est color interpres mentis: vultusque propheta / Coniectura patet expositiua mali.**² Particula 2. capitulo 3. **Mens vultu loquitur habitusque propheta doloris. /**

Coniecturales exhibet ore notas.³ / **Ira patet vultus exteriora nota.**⁴

1. Predicat oris honor precium virtutis, honesti / Propositi vultus esse propheta potest.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.55 (F. Munari ed., 1977, p.81, ll.15-16).

2. Lucanus: / tremuit seua sub voce minantis / Vulgus inhers; / similiter poterit dici de virgine timente et puero: / Deflorat gravis ora metus pallorque ruboris / Exulis heredem se sine iure facit; / vel sic: / Est color interpres mentis vultuque propheta / Coniectura patet expositiva mali.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.87 (F. Munari ed., 1977, pp.102-3).

3. Amplius: Mens vultu loquitur habitusque propheta doloris / Coniecturales exhibet ore notas.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.19 (F. Munari ed., 1977, p.143, ll.15-16).

4. Amplius: Ira patet vultus *exteriore* nota.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.28 (F. Munari ed., 1977, p.150, l.22).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 8: De finis consideratione (n.p. fol.5ra)

Mattheus vindocinensis in poetria parte 2. et finali capitulo 4. **Quod complere nequis
principiare caue.**

Amplius: Quod complere nequis *primiciare* cave.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.38 (F. Munari ed., 1977, p.158, l.31).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 9: De perfectione operis (n.p. fol.5rb)

Mattheus vindocinensis in poetria parte i. capitulo 6. **Inuidet comes imperfectio rebus. / Omnis prosperitas integritatis eget.**

De imperfectione beatitudinis, qua afflicta est humana natura, sic: / Inuidet humanis
comes imperfectio rebus: / Omnis prosperitas integritatis eget.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.20 (F. Munari ed., 1977, p.51).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 10: De cause et effectus consideratione et occasione (n.p. fol.5va)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 31. **Non tibi quod dabitur: sed cur intellige quia / Sola voluntatis forma moneat opus.**

Affectus preit effectum: non aspice quantum, / Sed fluat ex quanta sedulitate datum; /
Non tibi quid dabitur, sed cur, intellige: sola, / Sola voluntatis forma monetat opus.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.193, ll.757-760).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus seu magistris (fol.66vb)

Mattheus vindocinensis in poetria parte 2. capitulo 2. **Omne bonum in commune deductum clarius elucescit. Lucerna nihil prodest abscondita.**¹ Capitulo 9. **Usus facit magistrum.**²

1. Igitur, quia omne bonum in commune deductum clarius elucescit et quia lucerna nihil potest abscondita, ad informationem puerilis discipline quasdam dictiones que cooperative sunt ornatus presenti opusculo interserui ad exemplarem consimilium positionem.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.12 (F. Munari ed., 1977, p.139).

2. Veritas splendide producitur, ut apud Virgilium: / Et iam prima novo spargebat lumine terras / Tythanis croceum linquens Aurora cubile, / ut sit sensus « iam diescebat »; sequitur familiare exemplum: / Est usus doctrina comes; doctrina scholaris / Intermissa perit, continuata viget, / ut sit sensus « usus facit magistrum ».

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 4.21 (F. Munari ed., 1977, pp.204-5).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 9: De studio discipline et continuatione eius (fol.70va-vb)

Mattheus vindocinensis in poetria particula i. capitulo 19. **Studium est assidua mentis applicatio ad aliquid agendum: summa cum voluntate.**¹ Particula 2. titulo 13. et penultimo. **Est vsus doctrine comes doctrina scholaris: Intercisa perit continuata viget. Usus facit magistrum.**² Idem de hystoria tobie capitulo 36. **Doctrine pater est vsus: doctrina scholaris. Intercisa perit: continuata viget.**³

1. Studium est vehemens animi applicatio ad aliquid agendum cum summa voluntate.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.86 (F. Munari ed., 1977, p.101).

2. Veritas splendide producitur, ut apud Virgilium: / Et iam prima novo spargebat lumine terras / Tythanis croceum linquens Aurora cubile, / ut sit sensus « iam diescebat »; sequitur familiare exemplum: / Est usus doctrina comes; doctrina scholaris / Intermissa perit, continuata viget, / ut sit sensus « usus facit magistrum ».

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 4.21 (F. Munari ed., 1977, pp.204-5).

3. Doctrine pater est usus: doctrina scholaris / Intercisa perit, continuata viget.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.198, ll.875-876).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 5: De artibus et artificiiis (fol.72rb)

Mattheus vindocinensis in poetria particula 2. capitulo 4. **Ars est scientia docendi infinita finite.**¹ / **Auxiliare sibi doctus amicat opus.**² Capitulo 13. **Ars puerum flectit: flectitur arte puer.**³

1. (fons nondum repertus)

2. Amplius: Auxiliare sibi doctus amicat opus.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.38 (F. Munari ed., 1977, p.157, l.10).

3. Amplius, aliter fit permutatio verborum et sententiarum, sed retenta sensus equipollentia, quando active constructiones in passivas vel econverso solvuntur, hoc modo: / Torquet amor superos, superi torquentur amore; / Ars puerum flectit, flectitur arte puer.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 4.22 (F. Munari ed., 1977, p.205).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 6: De exercitio et vsu exercitii (fol.72va-vb)

Mattheus vindocinensis in poetria particula 2. et finali capitulo 13. et penultimo. **Est vsus doctrine comes. doctrina scholaris. Intercisa perit. continuata viget. Usus facit magistrum.**¹ **Natura fundat ingenium prouehit vsus.**² Idem de hystoria tobie capitulo 36. **Doctrine pater est vsus. doctrina scholaris. Intercisa perit continuata viget.**³ **Usus facit magistrum.**⁴

1. Veritas splendide producitur, ut apud Virgilium: / Et iam prima novo spargebat lumine terras / Tythanis croceum linquens Aurora cubile, / ut sit sensus « iam diescebat »; sequitur familiare exemplum: / Est usus doctrina comes; doctrina scholaris / Intermissa perit, continuata viget, / ut sit sensus « usus facit magistrum ».

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 4.21 (F. Munari ed., 1977, pp.204-5).

2. Usus autem efficitur testatur Ovidius dicens: Gutta cavat lapidem non vi sed saepe cadendo, / unde alibi Ovidius: / nichil assuetudine maius, / et iterum / egre dediscitur usus: / quamvis enim natura fundat ingenium, prouehit tamen usus, sive exercitium confirmat, perseverantia coronat.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 4.36 (F. Munari ed., 1977, p.211).

3. Doctrine pater est usus: doctrina scholaris / Intercisa perit, continuata viget.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.198, ll.875-876).

4. Veritas splendide producitur, ut apud Virgilium: / Et iam prima novo spargebat lumine terras / Tythanis croceum linquens Aurora cubile, / ut sit sensus « iam diescebat »; sequitur familiare exemplum: / Est usus doctrina comes; doctrina scholaris / Intermissa perit, continuata viget, / ut sit sensus « usus facit magistrum ».

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 4.21 (F. Munari ed., 1977, pp.204-5).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.74rb)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 36. **Ex requie surgit pestis seuissima luxus. / Armiger: et fame prodigus hostis amor / Labora. Languescit vicium: nil age morbus adest.**

Pullulat in flores natura labore ministro, / Virtutis requies continuata nocet: / Est anime cultura labor: caro nuda labore / Fit sterilis, spinis obsita, messis inops; / Ex requie serpit pestis seuissima, luxus / Armiger et fame prodigus hostis amor. / Est amor iniustus iudex: adversa maritans / Rerum naturas degenerare facit; / Consonat anthites in amore: scientia nescit, / Ira iocatur, honor sordet, habundat egens, / Probra probant, reprobat laus, desperatio sperat, / Spes metuit, prosunt noxia, lucra nocent; / Anxietas in amore sapit, dulcescit amarum, / Vernat hiemps, sudant frigora, morbus alit. / Ne noceat, carnem compesce labore: labora, / Languescit vicium; nil age, morbus adest.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, pp.198-9, ll.877-892).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.75ra)

Mattheus vindocinensis in poetria particula 2. **Lingua loquax reticenda refert eliminat edit.**

Amplius: Lingua loquax reticenda refert, *eliminat*, edit / Quod cupit archana sedulitate tegi.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.38 (F. Munari ed., 1977, p.158, l.45).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 5: De enunciatione indicatione affirmatione approbatione et reprobatione (fol.76rb)

Mattheus vindocinensis particula i. capitulo 1. **Diuturnitas silentii nutrimentum est verbi: et male comministrat impetus.**

Igitur, quia diuturnitas silentii nutrimentum est verbi et male cuncta ministrat impetus, Rufinus collateralis adversarius, obprobrium hominum et abiectio plebis, ponat custodiam ori suo et ostium circumstantie labiis suis, nec ex conflatu invidie mee pagine sine discussione rationis impetuosum pretendat vituperium, sed sue alludens concubinarie Thaida rufam complectatur.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, Prologus 2 (F. Munari ed., 1977, p.40).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 8: De tacendis et celandis propriis et alienis criminibus (fol.77ra)

Mattheus vindocinensis in poetria particula 2. et finali capitulo 4. **Lingua loquax reticenda refert elimina edit.**

Amplius: Lingua loquax reticenda refert, *eliminat*, edit / Quod cupit archana sedulitate tegi.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.38 (F. Munari ed., 1977, p.158, ll.45-46).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 9: De secretis tacendis et celandis et propalatione eorum (fol.77rb)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 30. **Sermones sapiens fructificare facit.**

Turtur ad ascellas rostrum deflectit: in actum / Sermones sapiens fructificare facit.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.190, ll.675-676).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 19: De scomatibus id est callidis dictis conuiciis que vulgo in italia dicuntur moti (fol.84ra-rb)

Mattheus vindocinensis in poetria particula i. capitulo 19. **Aurum roma sitit: dantes amat absque datiuo / Accusatiuo roma fauere negat.**

A natione sic: / Nequitia populus Gabiensis acescit, aceti / Defluit in vitium mentis amara lues; / a patria sic: / Aurum Roma sitit, dantes amat, absque dativo / Accusativis Roma fauere negat; / a cognatione sic: / Edipoden recitat Ethiocles: noxia proles / Contrahit a nocuo patre sitire malum; / ab etate sic: / Militat in teneris annis amor hospes amenus, / Est in canitie ridiculosa Venus.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.82 (F. Munari ed., 1977, pp.98-9).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.90ra)

Mattheus vindocinensis in poetria particula i. capitulo 19. **Aurum roma sitit: dantes amat: absque datiuo: / Accusatiuo roma fauere negat.**

A natione sic: / Nequitia populus Gabiensis acescit, aceti / Defluit in vitium mentis amara lues; / a patria sic: / Aurum Roma sitit, dantes amat, absque dativo / Accusativis Roma fauere negat; / a cognatione sic: / Edipoden recitat Ethiocles: noxia proles / Contrahit a nocuo patre sitire malum; / ab etate sic: / Militat in teneris annis amor hospes amenus, / Est in canitie ridiculosa Venus.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.82 (F. Munari ed., 1977, pp.98-9).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 11: De tranquillitate et inquietudine animi circa diuitias et paupertatem (fol.93va)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 3. **Pauperiem consulta tegat patientia: pauper / Succincta studeas sobrietate frui. / Non defectus opum: sed desperatio confert / Pauperiem mentis deficiente statu / Non rerum cumulus: sed sufficientia mentis / Dictat sufficiant paucula: diues eris.**

Pauperiem consulta regat patientia: pauper / Succincta studeas sobrietate frui; / Pauper delicias fuge: pauperis exigit esse / Simplicitas humilis ingeniosa comes; / Consule quid moneat rugosa crumena, monete / Nescia, ieiunis faucibus era petens. / Hec tria displiceant: lasciva senecta, coacta / Latria, pauperies deliciosa petens. / Paupertatis honus honor est patientibus, immo / Semina virtutum vividiora facit; / Non defectus opum sed desperatio confert / Pauperiem, mentis deficiente statu; / Non rerum cumulus sed sufficientia mentis / Ditat: sufficiant paucula, dives eris.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.195, ll.789-802).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.95ra)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 25. **Desit auaritie fex cui sua deesse stupescit. / Copia nuda sitis ebria plena fames.**¹ Capitulo 30. **Te non excruciet census sitis ebria: cuius / Pullulat ex gustu multiplicata fames.**² Idem in poetria particula i. capitulo 19. **Aurum roma sitit: dantes amat absque datiuo. / Accusatiuo roma fauere negat.**³

1. Desit avaricie fex, cui sua deesse stupescit / Copia nuda, sitis ebria, plena fames.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.183, ll.527-528).

2. Te non excruciet census sitis ebria, cuius / Pullulat ex gustu multiplicata fames: / In cupidis sitit ebrietas, presentia desunt, / Querit habens, inhiat copia, plenus eget.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.191, ll.713-716).

3. A natione sic: / Nequitia populus Gabiensis acescit, aceti / Defluit in vitium mentis amara lues; / a patria sic: / Aurum Roma sitit, dantes amat, absque dativo / Accusativis Roma fauere negat; / a cognatione sic: / Edipoden recitat Ethiocles: noxia proles / Contrahit a nocuo patre sitire malum; / ab etate sic: / Militat in teneris annis amor hospes amenus, / Est in canitie ridiculosa Venus.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.82 (F. Munari ed., 1977, pp.98-9).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 16: De parsimonia seu parcitate: largitate et prodigalitate id est de modo expensarum (fol.96ra)

Mattheus vindocinensis in poetria particula 2. et finali capitulo 4. **Pauperat elatas prodiga mensa domos.**

Amplius: Pauperat elatas prodiga mensa domos.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.37 (F. Munari ed., 1977, p.155).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 3: De humilitate: seu mititate superbia elatione et fastu (fol.98ra)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 25. **Sperma nocens desit ventosa superbia morum / Prodiga: neque fomes: origo necis.**

Spina nocens desit ventosa superbia, morum / Prodiga nequicie fomes, origo necis.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.183, ll.525-526).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 5: De presumptione seu fiducia sui falsa (fol.98va)

Mattheus vindocinensis in poetria particula i. capitulo 6. **Inconsulta nocet presumptio fallitur errat: / Naturale putans dilapidare bonum.**

De presumptuosa expulsionem nature sic: / Inconsulta nocet presumptio, fallitur, errat, /
Naturale putans dilapidare bonum.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.25 (F. Munari ed., 1977, p.53).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 11: De nobilitate et ignobilitate (fol.100vb)

Mattheus vindocinensis in poetria particula i. capitulo 6. **Uirtus nobilitat animum: virtute remota: / Migrat in exilium nobilitatis honor.**

Vel, quia sine virtute nulla est nobilitas persone, sic: / Virtus nobilitat animum, virtute remota / Migrat in exilium nobilitatis honor.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.27 (F. Munari ed., 1977, p.54).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 13: De laude et commendatione (fol.101va)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 30. **Se laudi conformet opus: nisi facta marrites / Uerbis verba nocent friuola: fructus abest.**

Vas figulum laudare stude; mens concolor ori / Consonet, ut laudem confiteatur opus; /
Se laudi conformet opus: nisi facta marites / Verbis, verba nocent frivola, fructus obit.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, pp.189-90, ll.671-674).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabilis et infamia (fol.102ra)

Mattheus vindocinensis in poetria particula 2 et finali capitulo 9. **Fama citat laudem: laus premia: premiantem.**¹ Idem de hystoria tobie capitulo 35. **Est fame preciosa fames: si fama laboret: / Uita labat: precium labitur: alget honor.**²

1. Preterea, ubi dictum de scematibus et tropis, colores rethorici non excluduntur: videntur enim quedam scemata et quidam tropi quibusdam coloribus rethoricis respondere, quorum facienda est collatio: sunt autem hec, que combinata socialem habere videntur convenientiam: antithetum et contentio, anaphora et duplicatio, paranomasia et annominatio, epanalempsis et repeticio, scesisonomaton et menbrum orationis sive articulus, dialiton et dissolutum, polissyntheton et coniunctum, methalempsis sive clemax et gradatio, cuius iterandum est exemplum: / Fama citat laudem, laus premia, premia mentem, / Mens studium, studium carmina, carmen opus.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 3.45 (F. Munari ed., 1977, pp.186-187).

2. Est fame preciosa fames: si fama laboret, / Vita labat, precium labitur, alget honor; / Gratius est meritum fame quam fama: potiri / Imperio minus est quam meruisse decus.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.198, ll.861-864).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 15: De gloria dignitate ambitione honore et vituperio (fol.103ra)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 30. **Si queratur honor onus intricator honori / Si delectat honos: onus adiacet exigit esse / Fructus honos oneris: fructus honoris onus.**¹ Capitulo 32. **Iusta relatiuo gaudet honore fides.**² Capitulo 35. **Sarcina dedecoris: damno preponderat.**³ / **Excruciat cupidos inficiatus honor.**⁴ / **Hypocrite gratus est popularis honor.**⁵

1. Si queratur honor, honus intricetur honori; / Queris opes? ad opus fructificare petunt; / Queris opes? inopi fer opem; venaris honorem? / Sic queratur honor, ne fugiatur honus; / Si querantur opes, tribuas ut oportet egeno; / Dives opum fer opem, sic operantur opes; / Si delectet honor, honus adiacet: exigit esse / Fructus honor honeris, fructus honoris honus; / Sic queratur honor, ut honus restringat honoris / Delicias, honeri compatiatur honor; / Nubat honor honeri, nec honus blasphemet honoris / Presidium, nec honor diffiteatur honus.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.191, ll.701-712).

2. Sis placidus placidis, recolentes te cole: iusta, / Iusta relativo gaudet honore fides.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.196, ll.823-824).

3. Famosos recolas mores: infamia mortis / Est species, sepelit fama sepulta decus; / Sarcina dedecoris dampno preponderat: omnis / Est gravitas fame perditione minor.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.198, ll.867-870).

4. Amplius: Excruciat cupidos inviolatus amor.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.22 (F. Munari ed., 1977, p.145, l.6).

5. Amplius: Ypocrite gratus est popularis honor.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.26 (F. Munari ed., 1977, p.149, l.7).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 17: De obsequio et resistentia (fol.103vb)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 31. **Obsequio refouetur amor.**

Obsequio refovetur amor, quia verus amicus / Dantis in affectu, non datione, patet.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.193, ll.761-762).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 2: De delectatione variationis vel rerum et tedio continuationis
(fol.104vb)

Mattheus vindocinensis in poetria particula 2. capitulo 3. **Uarietas tollit fastidium.**

Etenim quia, teste Tullio, similitudo mater est satietatis et varietas tollit fastidium, ad fastidii remediale blandimentum diversis partibus arma damus, et gravibus dulcia et seriis iocunda possunt interponi, ita quod eius principali proposito nequaquam contradicant; unde Oratius: / Non satis est pulchra esse poemata, dulcia sunt / et idem in eodem / Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci / Lectorem delectando pariterque monendo.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.35 (F. Munari ed., 1977, p.154).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 5: De natura venerei amoris (fol.112va)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 36. **Est amor iniustus iudex aduersa
maritans / Rerum naturas degenerare facit. / Anxietas in amore sapit: dulcescit amarum.**

Est amor iniustus iudex: aduersa maratans / Rerum naturas degenerare facit; / Consonat
anthitesis in amore: scientia nescit, / Ira iocatur, honor sordet, habundat egens, / Probra
probant, reprobatur laus, desperatio sperat, / Spes metuit, prosunt noxia, lucra nocent; /
Anxietas in amore sapit, dulcescit amarum, / Vernat hiemps, sudant frigora, morbus alit.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.199, ll.883-890).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 10: De molestia et damno amoris venerei (fol.113vb)

Mattheus vindocinensis in poetria particula 2. capitulo 4. **Eneruat studium pernitiōsa venus.**

Amplius: *Enervat studium pernitiōsa Venus.*

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.38 (F. Munari ed., 1977, p.159, l.50).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De fortitudine animi (fol.117vb)

Mattheus vindocinensis in poetria particula i. capitulo 12. **Uir est qui contra biformes euentus fortune vniformi mentis constantia militat premunitus.** Idem de hystoria tobie capitulo 30.

Lubrica fortune non te premat alea viuas. / Maior in aduersis: prosperitate minor.

1. Sunt autem quedam epytheta que cuilibet persone masculini sexus ad approbationem possunt ascribi, scilicet rigor virilitatis, que in negligentia prosperitatis et aduersitatis perpenditur: uir enim est qui contra biformes euentus fortune uniformis mentis constantia militat premunitus, et similiter patientia, que conservativa est virtutis, unde Prudentius: / Nam virtus vidua est quam non patientia servat, / et item Cato: / Patientia maxima morum est.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.71 (F. Munari ed., 1977, p.93).

2. Lubrica fortune non te premat alea: viuas / Maior in aduersis, prosperitate minor; / Quanto maior eris, malis descendere: viuas / In magno minimus, in dominante cliens.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.190, ll.681-684).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 2: De patientia et impatientia (fol.118va)

Mattheus vindocinensis in poetria particula i. **Patientia conseruatiua est virtutis.**

Sunt autem quedam epytheta que cuilibet persone masculini sexus ad approbationem possunt ascribi, scilicet rigor virilitatis, que in negligentia prosperitatis et adversitatis perpenditur: vir enim est qui contra biformes eventus fortune uniformis mentis constantia militat premunitus, et similiter pacientia, que conservativa est virtutis, unde Prudentius: / Nam virtus vidua est quam non patientia servat, / et item Cato: / Patientia maxima morum est.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.71 (F. Munari ed., 1977, p.93).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 4: De animi constantia seu perseuerantia leuitate pertinacia et mutabilitate (fol.119rb)

Mattheus vindocinensis in poetria particula i. capitulo 6. **Iacturam fidei notat in constantia mentis. / Palpitat in vario pectore rara fides.**

De inconstantia mentis sic: / Iacturam fidei notat inconstantia mentis: / Palpitat in vario pectore rara fides.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.22 (F. Munari ed., 1977, p.52).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.122rb)

Mattheus vindocinensis in poetria particula 2. capitulo 3. **Ira patet vultus exteriore nota.**¹
Capitulo 4. **Intimat ira nocens exitiale nephas.**² Capitulo 8. **Ira mouet lites: lis prelia: prelia mortem.**³

1. Amplius: Ira patet vultus exteriore nota.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.28 (F. Munari ed., 1977, p.150, l.22).

2. Amplius: Intimat ira nocens exitiale nephas.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.38 (F. Munari ed., 1977, p.157, l.9).

3. Sed quod minus est in metro, in constructione suppleatur; sequitur evidentius exemplum:
/ Ira mouet litem, lis prelia, prelia mortem, / Mors lacrimas, lacrimae numina, numen
opem.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 3.42 (F. Munari ed., 1977, p.184).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 10: De timore (fol.124rb)

Mattheus vindocinensis in poetria particula i. capitulo 6. **Coniectat mala queque metus: metuenda prophetat. / Et dubiis rebus deteriora canit.**¹ Idem de hystoria tobie capitulo 15. **Timor in dubiis deteriora canit.**²

1. De efficacia timoris sic: / Coniectat mala queque metus, metuenda prophetat / Et dubiis rebus deteriora canit.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 1.24 (F. Munari ed., 1977, p.53).

2. Tobias pater exspectat, miratur: acerbat / Qui timor in dubiis deteriora canit.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobais* (F. Munari ed., 1977, p.221, ll.1431-1432).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.137va)

Mattheus vindocenensis in poetria particula 2. et finali capitulo 4. **Prosperat aduersas sors variata iubet. / Prospera sors nescit perpetuare fidem.**¹ Idem de hystoria tobie capitulo 30. **Lubrica fortune non te premat alea uiuas / Maior in aduersis. prosperitate minor.**²

1. Amplius: Prosperat aduersas sors variata vices. / Amplius: Pauperat elatas prodiga mensa domos. / Amplius: Prospera sors nescit perpetuare fidem.

Matthaeus Vindocinensis, *Ars uersificatoria*, 2.37 (F. Munari ed., 1977, pp.155-6, ll.3-5).

2. Lubrica fortune non te premat alea: uiuas / Maior in aduersis, prosperitate minor; / Quanto maior eris, malis descendere: uiuas / In magno minimus, in dominante cliens.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.190, ll.681-684).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 1: De laboriositate et vanitate vite (fol.143rb)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 40. **Est hac valle grauis cursus via lubrica: iugis / Anxietas: tempus mobile: vita breuis.**¹ Capitulo 65. **Est hec vita breuis lubrica pena dolor.**²

1. Est hac valle gravis cursus, via lubrica, iugis / Anxietas, tempus mobile, vita brevis.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.202, ll.961-962).

2. Nascaris, ergo cinis eris; incipis esse, teneris / Post non esse; datur vita, tenere mori: / Nos trahit in mortem natura, coactio mortis / Est hec vita brevis, lubrica pena, dolor.

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, p.244, ll.1979-1982).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 10: De laudabiliter morientibus et laudabili mortuorum (fol.145vb)

Mattheus vindocinensis de hystoria tobie capitulo 66. et antepenultimo. **Iustus obit nec obit: sed abit ab hospite migrans / Carne: petit patriam deliciasque patris.**

Tobie sunt plura necis solatia: lumen / Perpetuum, iugis vita, iocosa quies: / Non moritur, sed mutantur fluitantia certis, / Terra polo, gemitus pace, salute dolor; / Ad solem radius, ad patrem filius, exul / Ad patriam, victor ad diadema redit; / Iustus obit nec obit, sed abit, sed ab hospite migrans / Carne petit patriam deliciasque patris; Iustus obit nec obit: obit orbe, renascitur astris, / Et iocunda novum sidera sidus habent; / Magnus erat, modo maior erit, sed maximus orbe, / Orbe bonus, melior, optimus astra petit; / Doctrina Moyses, alter David, alter Helyas, / Orbe Iacob, celis Israel, astra colit; / Exul erat, modo civis erit, nec obit sed obedit / Patri dum patrie, dum patris optat opes; / Quippe pater patrie, pater et patriarcha, patronus, / Immo patrocinium legis obire nequit; / Non moritur: poteritne mori cui fama perorat, / Laus loquitur, redolet fructus, habundat honor?

Matthaeus Vindocinensis, *Tobias* (F. Munari ed., 1977, pp.244-5, ll.1983-2002).